Sub hoc aūt mō generalissimo prepositionis ad modos subalternos p quādā diuisionē descēdamus. Diuiditur āt iste mod⁹ generalissimus prepositionis in tres modos subalternos: quorū primus est modus significādi p modum ɔtrahentis: ⁊ retorquētis actm̄ tm̄. Scōs mod⁹ ē mōus significādi p modū ɔhentis: ⁊ retorquētis ablatiuū tm̄. Terti⁹ mod⁹ est modus significādi p modū ɔtrahētis ⁊ retorquētis accusatiuū ⁊ ablatiuū. s. vtrunq3 differēter. Et hos tres modos essentiales subalternos vocāt doctores casum ꝑpositionis. Et hz se similiter casus in prepositione: sicut signū in aduerbio. ⁊ potestas in ɔiunctione. Nā sicut signum in aduerbio cōsistit in modo spāli terminandi. ⁊ potestas in spāli modo coniungendi. Sic casus in prepositione cōsistit in spāli modo ɔtrahēdi. Et hoc tripłr variatur vt dictū est. Ex hoc patet ꝙ casus nō est accñs ꝑpositionis nisi sicut dictū est de significatione in aduerbio ⁊ potestate in ɔiunctione. Jtē primus modus significādi. s. per modū ɔtrahētis accusatiuum diuidit̄ in triginta species prepositiōis ɔstituētes que sunt. apud ante ⁊c̄. que diuersos hn̄t modos ɔtrahēdi casuale: licet in his nō inueniatur pluralitas indiuiduox̄. sed quot sunt spēs tot sunt indiuidua. Secūdus modus significādi: scz modus ɔtrahētis ablatiuū tm̄ subdiuiditur in quindecī spēs prepositionis ɔstituētes. q̄ sunt. a. ab. absq3. ⁊c̄ de quibus idē est dicēdum sicut prius. Tertius modus significādi. s. per modum ɔtrahētis vtrūq3 casuale subdiuiditur in quattuor modos specialissimos. quattuor species ꝑpositiōis ɔstituentes que sunt. in. sub. super: ⁊ subter. Et sic pz ꝙ sicut modus significandi essentialis generalissimus ꝑpositionis diuidit̄ in modos subalternos ad specialissimos descēdendo. Sic ꝑpositio simpłr sumpta diuidit̄ in ꝑpositiones deseruientes accusatiuo tm̄. Et in prepositiones deseruiētes ablatiuo tm̄ ⁊ ī ꝑpositiones deseruientes vtriq3. ¶ Jtem prepositiones deseruientes accusatiuo tm̄ diuiduntur in triginta species: ⁊ prepositiones deseruiētes ablatiuo tantum in quindecim species. ⁊ ꝑpositiones deseruiētes vtriq3 in quattuor species. de quibus oībus visum est. ¶ Notādum ꝙ ꝑpositio dicit̄ preponi partibus orationis dupliciter vno modo per appositionem cum prepositio seruat sibi vim diuisionis. ⁊ manet prepositio p eius modū significādi essentialem generalissimū. Et hec est vera prepositio. ⁊ ab alijs ptibus orōnis distincta. Alio mō ꝑponitur partibus orōnis p cōpositionem. ⁊ tunc nō manet p se dictio. nec pars orōnis. sed cadit in vim dictionis cū qua componit̄. ⁊ tunc ꝑpositio nō retrahit nec retorquet. sed cōplet aut mutat. aut minuit. Prepositio autē dupliciter ɔponitur cū partibus. Uno modo separabiliter ita ꝙ preter cōpositionē pōt dictionibus adiūgi ⁊ a dictionibus separari. ⁊ sub proprio modo stare. Alio modo inseparabiliter: ⁊ sic nō meret̄ dici ꝑpositio. nisi valde ipropꝛie pp quādā similitudinē quā hz cū ꝑpōne ī cōpositione. Nā sicut prepositio in cōpositione cōplet: aut mutat. aut minuit. sic ēt iste vt distraho. reprobo. regredior ⁊ h⁹i. Et vniformiter ꝑpositiones in cōpositione nō sunt vere ꝑpositiōes. q2 p se nihil sign̄ant. cuz nō sint per se dictiones. Nec ēt p se modū sign̄andi hn̄t: sz addunt̄ alijs dictionibus tanq3 syllabice adiectiōes: vt mepte ⁊ h⁹i. Q. aūt habitudo vel circūstātia caux̄ attribuit̄ ꝑpositioni: hoc magis fortasse ex significatione cōstructibiliū extremox̄ elicit̄. Nā ꝑpositio extra ɔpōnes si p se ɔferat̄: nulla circūstētia causax̄ p eam exprimit̄ nec de vi vocis: nec de vi sign̄ati. nec de vi alterius modi sign̄andi. Et sic patēt modi sign̄andi ꝑpōnis q sunt: ⁊ quot sūt ⁊ a qbus ꝓprietatibus sumant̄.

Modus significandi ēēntialis generalissim⁹ interiectōis est modus sign̄andi per

modũ determinantis alterũ qđ est verbum vel participium affectiones animi rep̄sentans. Nã cũ anima afficitur motu doloris gaudij metus: ⁊ h⁹i hoc per interiectiones exprimitur. Unde interiectio determinat verbũ vel participium nõ simpliciter: sed in cõparatione ad aiam eius effectum exprimẽs. Interiectio ergo est ps orõnis ⁊c. Et hoc vocat donatus significare cũ dixit q̄ interiectio est pars orõnis significans mentis affectũ voce icognita. i. cõceptũ mentis sub voce nondeliberata.

Sub hoc mõ ẽentiali gnalissimo iteriectionis ad modos spãlissimos descendamus diuiđ aũt ille modus in quattuor modos speciales. Primus est modus sigñandi per modum determinãtis alterum motũ doloris vel tristitie in aia rep̄sentãs. Et iste modus ꝯstituit interiectionem doloris. vt heu. ¶ Secundus modus ẽ modus sigñandi ꝑ modũ determinãtis alterum motum gaudij vel letitie in aia rep̄sentans. Et iste modus constituit interiectionẽ letitie. vt euax. ⁊ hmõi. ¶ Tertius modus est modus significãdi ꝑ modum determinantis alterꝰ motũ admirationis in aia representãs. Et hic modus ꝯstituit interiectionẽ admirationis: vt pape: ⁊ h⁹i. ¶ Quart⁹ ẽ modus sigñandi per modũ determinãtis alterũ motũ terroris vel metus rep̄sentãs. Et iste modus ꝯstituit iteriectiones metus: vt ata: ⁊ similia. Et hos quattuor modos speciales donatus sub significatione ꝯprehendit. ⁊ hꝫ eodẽ mõ se significatio ad interiectionẽ sicut significatio ad aduerbiũ. ⁊ potestas ad cõiũctionẽ. ⁊ casus ad p̄positionẽ. Sicut enim significatio in aduerbio cõsistit in spãli mõ determinãdi. ⁊ potestas in cõstructione in spãli mõ cõiũgẽdi ⁊ casus in p̄positione in spãli mõ ꝯtrahendi. sic significatio interiectionis consistit in spãli mõ determinandi spãlem motũ in aia rep̄sentans. Et hoc cõsistit i qttuor modis: vt visum ẽ. Et iđ significatio nõ est accñs interiectionis. nisi sicut visum est de alijs. Sufficiẽtia istoꝝ specierũ sic pt accipi. Cũ iteriectio determinat v̄bum ex parte mot⁹ ⁊ affectiões in aia. põt ergo anĩa moueri circa ꝯuenientia vel circa nõ ꝯuenictia vel circa medio mõ se hñtia. Si circa ꝯuenientia sic sũt iteriectiones letitie. Si circa nõ ꝯueniẽtia hoc est dupliciter. vel cadit sub tpe p̄senti. ⁊ sic sunt iteriectiones doloris. si sub futuro ⁊ sic sunt interiectiones metus. qꝛ de p̄nti dolemus ⁊ đ futuro timemus. Si aũt aia afficitur circa medio mõ se habentia. sic sũt interiectiones admirationis. ¶ Notãdũ ergo q̄ iteriectiones ⁊ alie ptes ideclinabiles. ñ tot modos sigñandi hñt sicut ptes declinabiles. qꝛ significatũ partiũ indeclinabiliũ paucis subsistit ꝓprietatibus. ⁊ iđ pauciores sunt modi sigñandi ptibus indeclinabilibus q̄ȝ declinabilibus. Et sic patent modi significãdi interiectionis qui sunt: ⁊ quot sunt. ⁊ vñ oriunẗ. Et hec de modis significandi octo partium orõnis ꝓut ad ethimologiã spectant dicta sufficiant.

Habito de modis sigñandi octo ꝑtiũ orõnis sub rõne q̄ sũt p̄n^m formale partiũ s̄monis s̄m quẽ modũ ꝑtinẽt ad ethimologiã. ꝯsequẽter de ipsis dicamus ꝓut sunt p̄n^m efficiẽs intrisecũ ꝯstructionis ⁊ aliaꝝ ꝑtium sermonis. s̄m quẽ modũ ꝑtinẽt ad diasinthencã. ⁊ h̄ nihil aliud est q̄ȝ applicare eos ad ꝯstructionẽ cõgruitatẽ: ⁊ ꝑfectionẽ ostẽdẽdo qui modi significãdi quarũ ꝯstructionũ cõgruitatũ ꝑfectionũ sunt p̄ncipia. De his ergo tribus passionib⁹ determinem⁹. Primo eaꝝ p̄ncipia in generali videamus. Sũt aũt quattuor p̄ncipia eẽntialia ꝯstruẽdi s̄monẽ congrue: ⁊ ꝑfecte. s. materiale ⁊ formale efficiens. ⁊ finale. Principiũ materiale cõstruẽdi sunt cõstructibilia. qꝛ sicut se hꝫ subiectũ ad accñs. sic se hñt cõstructibilia ad ꝯstructionẽ. h̄ subm est materia accñtis. Nã accidẽs nõ hꝫ mãm ex qua. sed in qua. ergo cõstructibilia sũt mã cõstructionis ⁊ nõ sũt plura vel pauciora duobus. Qꝛ vt patebit ꝯstructio causaẗ ex depẽdẽtia vni⁹ cõstructibilis ad alterũ. Sed vna depẽdẽtia nõ est nisi duoꝝ. s. dependẽtis ⁊ determinãtis. ergo vnius constructionis nõ sũt nisi duo ꝯstructibilia. s. dependẽs ⁊ determinãs. Et ex hoc pꝫ error dicentiũ: hõ alb⁹ currit bene q̄ sit vna ꝯstructio. Nã hic sunt diuerse. Una q̄ adiectiuum depẽdet ad substãtiuũ. Alia q̄ verbuȝ dependet ad suppositũ. Tertia q̄ determinãs depẽdet ad determinabile. ergo nõ erit hic vna cõstructio. Similr cum dr̄ sortes percutit platonem. hic ꝑꝑ diuersas depẽdentias verbi ad suppo^m añ se ⁊ ad obliquũ post se non põt esse vna cõstructio. vt de se pꝫ. Principium formale ipsius cõstructionis est vnio ꝯstructibiliũ. hoc. n. ẽ formare per qđ res hꝫ esse per ꝯstructibiliũ vnionẽ. ergo ꝯstructibilium vnio est forma ꝯstructionis. Principiũ efficiẽs ꝯstructionis ẽ duplex. s. extrisecũ ⁊ intrinsecuȝ. Intrinsecũ sunt modi sigñandi respectiui: rõne quoꝝ vel vnũ ꝯstructibile est ad alterum depẽdens vel alterius dependẽtiã terminãs a qbus modis sigñandi respectiuis abstrahunẗ duo modi sigñandi generales. s. modus dependendi in vno ꝯstructibili: ⁊ modus depẽdentiam terminãs in altero ꝯstructibili. Et hi modi sigñandi dicuntur efficere constructionem ꝑ tãto: qꝛ p̄parant ⁊ disponunt ꝯstructibilia ad actualẽ vnionẽ: que fit per intellectum: ȝ quedam magis remote: ⁊ quedaȝ magis ꝓpinque. vt patebit in sequentibus. Et dicunẗ modi significãdi p̄ncipiũ intrinsecũ: quasi iter cõstructibilia manẽtes. Sꝫ p̄ncipiũ efficiẽs extrinsecũ est intellectus q̄ ꝯstructibilia ꝑ modos sigñandi disposita ⁊ p̄parata actu vnit in ꝯstructionẽ ⁊ sermonẽ. Cõstructibilia enim q̄litercũq̄ȝ summe disponanẗ ad vnionẽ ꝑ suos modos sigñandi nunq̄ȝ tñ vnuȝ ꝯstructibile actu se alteri vnit sed h̄ fit ꝑ intellectuȝ. vt dcm̃ ẽ. Et dr̄ itellectus p̄ncipiuȝ extrinsecum quasi extra ꝯstructibilia manẽs. Principiuȝ finale ẽ expressio mẽtis cõceptus compositi. Quia vt dicit. 5. meta. q̄ finis est gratia cuius aliqd fit: ȝ ꝯstructio partium orõnis fit gratia expressionis mentis cõcept⁹ compositi ergo expressio mentis conceptus compositi est finis ꝯstructionis. vnde p̄hs. p̄. peryarmenias. dicit q̄ ea q̄ sunt i voce. i. voces significatiue i ꝓpositione q̄les sunt orões grãmatice. sũt note passionũ earum q̄ sũt in anima. s. signa cõceptus mẽtis vel anime. Signuȝ ãt est finaliter ꝑꝑ significatũ. ergo ꝯstructio vel orõ in grãmatica est finalr̃ ꝑꝑ exp̄mendũ mẽtis ꝯceptum.

Consequẽter videamus de istis tribus passionibus in spãli: ⁊ p̄mo de cõstructione. scđo de cõgruitate. ⁊ tertio de ꝑfectione: qꝛ cõstructio est p̄or cõgruitate: ⁊ cõgruitas p̄or ꝑfectione vt patebit. Ad cognoscendum naturam constructionis in se ⁊ in suis partibus subiectiuis. ¶ Notãdũ q̄ ꝯstructio est quoddam incõplexum vniuocũ. sed s̄m Boetiũ. incomplexum vniuocum hꝫ duplicẽ cognitionem. s. ꝑ diffõnem: qua res cognoscitur s̄m suũ esse: ⁊ per diuisionem: qua res cognoscitur s̄m sui posse. Ad diffõnẽ ergo cõstructionis: ⁊ ad eius diuisionem ꝓcedamus. Diffiniẗ ergo cõstructio sic. Constructio est ꝯstructibiliũ vnio ex modis sigñandi ⁊ intellectu causata ad exp̄mẽdũ mẽtis ꝯceptũ compositum finaliter adinuenta. ¶ Ad cuius itellectũ est notãdũ q̄ diffõ datur causa inotescendi ⁊ cognoscendi reȝ. vt habeẗ. 6. topicoꝝ. Sꝫ res cognosciẗ per suas causas. ex qbus hꝫ esse. ergo per suas causas hꝫ diffiniri. Ex hoc sequitur q̄ aliquid sufficientius cognosciẗ: cũ ꝑ oẽs suas causas cognoscaẗ: q̄ȝ qñ cognoscaẗ ꝑ q̄sdã ei⁹ causas tantum. vt pꝫ ex itẽtiõe

phi.6.metaphysi. Sed predicta diffinitio aggregat in se
oēs causas ꝯstructiōis. nā per ly ꝯstructibiliū. tāgit cau
sa materialis: per ly vnio. cā formalis: per ly ex modis si
gnificandi causata. tangit cā efficiens intrinseca. p ly ab
intellectu causata. cā efficiēs extrinseca: p ly ad exprimēdū
mētis ꝯceptū. tāgit cā finalis. g̃ dicta diffō est sufficiens.

Uisa natura
ꝯstructionis in se vis diffōnis:
ꝯñter eius nām videamus i suis
partibus vis diuisiōis. ℭ Scdm oēs grāmaticos pͣ di
uisio ꝯstructionis ē h. Cōstructionū alia transitiua alia
intransitiua. Et ista diuisio est sufficiēs: q2 ad has duas
dr̄ntias reducunt oēs ꝯstructionū spēs. Nā retrāsitiua
ꝛ reciproca ad trāsitiuā reducuntur. vt postea patebit.
ℭ Ad intellectū mēbroꝝ huius diuisiōis notandū ꝙ in
genere est dare pͥᵐ qd̄ est metrū ꝛ mensura alioꝝ. vt scri
bit .5. metaphy. Est g̃ in genere ꝯstructibiliū dare pͥmū
ꝯstructibile: ꝛ sic ē dare pͥmū et erit dare scdm: q2 pͥmū ꝛ
scdm sunt dr̄ntie ordinis. Et illud est verū in oī ꝯstru
ctione ꝯstructibile pͥmū qd̄ post se depēdet ad obliquū.
illud vō scdm qd̄ ante se depēdet ad suppositū illud est
et 2ᵐ qd̄ dep[illegible]et ad determinabile. Et rō hoꝝ est: q2 illd̄
qd̄ post se d[illegible]ēdet ad obliquū depēdet ad ipz vt ad ter
minū ꝛ vltiᵐ: qd̄ āt ante se depēdet ad suppositū depen
det ad ipm vt ad pͥncipiū ꝛ ad pͥmum: qd̄ aūt dependet
ad determinabile: depēdet ad aliqd̄ pͥus se. determinatio
aūt ꝛ dispō rei est posterior ipsa re. ℭ Itē notādū ꝙ cū
oīs ꝯstructio reqͥrat scdo ꝯstructibilia ops vnum eē de
pendēs: ꝛ alterū dependētiā terminans: qd̄ sic pͥbatur: q2
illa duo ꝯstructibilia quibus fit cōstructio: aut ambo de
pendēt: aut ambo depēdentiā termināt: aut vnū depen
det ꝛ alterū depēdentiā determināt. Sed nō pñt ambo
depēdere: q2 depēdēs accipit vt qd̄ in potētia. sȝ ex duo
bus entibꝰ in potētia nō fit aliqd̄ vnū. vt dr̄ 7ᵒ metaphy
sice. g̃ ex duobꝰ depēdētibus nō fit ꝯstructio. Itē si am
bo depēderēt. mutuo depēderēt. Sȝ que mutuo depen
dēt sunt simul nā: ꝛ talia nō sunt sm̄ pͥus ꝛ posteriꝰ or
dinata. Dictū est. n. ꝙ ꝯstructibiliū ē ordo sm̄ pͥus ꝛ po
sterius. g̃ ꝛc̄. Itē ꝯstructibilia non possunt ambo termi
nare: q2 determināns vt ē determināns ē ens in actu: sȝ ex
duobꝰ entibus in actu nō fit terminū. g̃ nō pñt ambo termi
nare. Relinquit g̃ ꝙ ꝯstructibiliū vnū sit depēdēs. alte
rū vō depēdētiā termināns. Nā sicut ex mā ꝛ forma: quo
rū vnū est in actu: alterū vō in potētia: fit p se cōpositū
in nā. sic ex rōe dependēdi ꝛ termināndi fit p se ꝯstructio
in sermone. Illud vero constructibile terminat qd̄ rōne
alicuius sui modi significādi terminuȝ dat ꝛ ꝯcedit ꝛc̄.

Resumo
ergo qd̄ dictū ē: ꝙ in oī ꝯstructione est
pͥmū ꝯstructibile ꝛ scdm. Aut g̃ scdm
dependet ad pͥmū: aut pͥmū depēdet ad scdm: scdo p sui
dependētiā a pͥmo recedēte. Si scdm depēdet ad pͥmū.
sic ē ꝯstructio itrāsitiua. Cōstructio g̃ itransitiua est cō
structio in qua scdm ꝯstructibile per suos modos signi
ficandi depēdet ad pͥmū. vt dicēdo sortes currit. hoc vbū
currit qd̄ ē ꝯstructibile scdm. in hac ꝯstructiōe depēdet
ad suppositū qd̄ est pͥmū ꝯstructibile. Itē dicēdo sortes
legit bene. hoc aduerbiū bene: qd̄ est scdm ꝯstructibile
in ista ꝯstructiōe: depēdet ad vbū qd̄ est pͥᵐ ꝯstructibile.
Si aūt ꝯstructibile depēdet ad scdm. scdo nō depēdēte
ad pͥmū: sed aliud a pͥmo diuersuȝ: sic ē ꝯstructio trāsiti
ua. ℭ Cōstructio g̃ trāsitiua ē in qua pͥmū ꝯstructibile
per suos modos significādi depēdet ad scdm. scdo p eiꝰ
dependētiā a pͥmo recedēte si depēdēs fuerit. Et dico si
dependens fuerit: q2 in hac ꝯstructiōe qñqȝ ꝯstructibile
depēdētiā nō hȝ: sed solū pͥmi ꝯstructibilis dependen
tiam terminat. vt sic dicēdo. pcutio sortē. Qñqȝ aūt sm̄
constructibile depēdentiā hȝ. vt sic dicendo. video legē
tem librum. hoc pͥncipiū legentē in ista ꝯstructione cū
hoc ꝙ dependentiā verbi terminat ante se: qd̄ ē pͥmum
ꝯstructibile in hac orōne: et dependet ad obliquū post
se: qd̄ ē diuersuȝ a ꝯstructibili pͥmo. Ex istis pȝ ꝙ ꝯstru
ctio reciproca ꝛ retransitiua sub transitiua cōtinentur.
Nāȝ ꝯstructio reciproca trāsitiua ē vt dicendo sortes dī
ligit se: q2 hō ꝯstructibile pͥmū dependet ad scdȝ. scdo nō
dependēte ad pͥmū. sed ad aliud si dependet. Item retrā
sitiua est ex duobus trāsitiuis cōposita. vt dicendo: sor
tes rogat me vt diligā eū. iō sub trāsitiua ꝯtinet. ℭ Et
scīedū ꝙ iste due dr̄ntie trāsitiuū ꝛ intransitiuū sumun
tur in ꝯstructionibus metaphorice. i. per quādā simili
tudinem transitus realis. Nam aliqs dr̄ realiter transi
re qñ trāsit de vno loco ad aliū a pͥmo diuersuȝ. Cū aūt
qs pcedit ad aliquē terminū pͥmū: ꝛ in isto manet inde
nō diuertens. tūc dr̄ nō trāsire. Sic in ꝯstructione itran
sitiua: q2 depēdētia vnius. s. posterioris ꝯstructibilis va
dit ad pͥmū inde nō trāsiens. iō intrāsitiua dr̄. vt sortes
currit. In ꝯstructione vō trāsitiua depēdentia posterio
ris nō vadit ad pͥmū: sed transit ad aliud diuersum a pͥi
mo. ideo transitiua merito nūcupat. ℭ Ulterius notā
dum ꝙ in ꝯstructione itransitiua posterius ꝯstructibile
depēdēs ad pͥmū aliquo mō nitit identitati cū eo. In cō
structione aūt trāsitiua posterius ꝯstructibile nō depen
dens ad pͥmū: sed per suā depēdentiā a pͥmo recedēs ali
quo mō nitit diuersificari ab eo. Exinde ē ꝙ antiqͥ grā
matici dātes diffōnes ꝯstructiōis trāsitiue ꝛ intrāsitiue
dabāt eas per idē ꝛ diuersum. Dicētes ꝯstructionē itrā
sitiuā esse illam in qua ꝯstructibilia ptinent ad idē: vel
tāqȝ ad idē vident ptinere: ꝯstructionēȝ aūt trāsitiuā eē
illaȝ in qua ꝯstructibilia pertinet ad diuersa vel vident
ptinere ad diuersa. Illud aūt dȝ intelligi mō quo dictū ē:
q2 p tāto ꝯstructibilia in ꝯstructione itrāsitiua dicunt
ptinere ad idē: q2 posterius ꝯstructibile per suū moduȝ
significādi dependens ad pͥmū aliquo mō nitit identitati
cū eo: p tanto ēt ꝯstructibilia in ꝯstructione transitiua
dicunt ptinere ad diuersa: q2 posterius ꝯstructibile per
suā dependētiā a pͥmo ꝯstructibili recedens aliquo mō
nitit diuersificari cū eo vel ab eo. Et sic pȝ qd̄ est cōstru
ctio transitiua ꝛ intrāsitiua: ꝛ quare sic nominatur.

Uisa de
ꝯstructiōe trāsitiua ꝛ intrāsitiua diffōne
ꝯñter descendamus ad suas spēs. Diui
dit aūt ꝯstructio itrāsitiua in ꝯstructionē intrāsitiuam
actuum: ꝛ ꝯstructionē itrāsitiuā psonarū. Cōstructio in
trāsitiua actuū est in qua ꝯstructibile depēdens p mo
dū actus significat. vt dicēdo. sortes currit. Cōstructio
intrāsitiua psonaꝝ in qua ꝯstructibile depēdēs signi
ficat per modū subē vel quolibet aliter. vt dicēdo sortes
albus currit bñ. Unde sub his vlterius descendamus.
ℭ Iuxta qd̄ notādū ꝙ cū ꝯstructio itrāsitiua actuuȝ sit
suppositi cū apposito. Et itrāsitiua psonaꝝ sit determi
nabilis cū determinatiōe. iō sm̄ diuersitatē suppositoꝝ
ꝛ diuersitatē determinātium: diuersificat ꝯstructio itrā
sitiua actuū ꝛ psonaꝝ. ℭ Iuxta qd̄ notandū ꝛ primuȝ
de ꝯstructiōe itransitiua actuū: ꝙ in oī ꝯstructione pfe
cta reqͥrunt duo extrema ꝛ sm̄ situ distāna. s. suppositus
ꝛ appositū. Et cū appositū signet per modū distantis a
supposito sm̄ situ: iō supposito addi nō pōt sine medio.
Tale āt mediū ē cōpositio. vt dictū ē in capitulo de vbo.
ꝛ ideo cōpō in hmōi depēdentia maxime ē vbo necessa
ria. Ex quo pȝ ꝙ oē verbū reqͥrit suppositū siue sit pso
nale siue impsonale: siue finitū siue infinitū. Nō tñ idē
sed aliud ꝛ aliud: sȝ qd̄ cōpō cū modo verbi fuerit aliter
ꝛ aliter ꝯtracta mō significandi casui ꝓportionabili. Resu
mo g̃ qd̄ dictū ē: ꝙ cū ꝯstructio intransitiua actuum sit
suppositi cū apposito: ꝛ cuȝ nil supponat nisi casus vel
hñs casuȝ. ideo sm̄ diuersitatē casus supponētis diuer
sificat cōstructio intrāsitiua actū. Aut ergo ntūs casus

supponit vt dicendo. sortes currit. Aut genetiuus casus supponit: vt dicendo. sortis interest. Aut datiuus casus supponit. vt dicendo. sorti accidit. Aut accusatiuus supponit. vt dicendo. sortē legere oportz. Aut ablatiuus casus supponit. vt dicēdo. a sorte legit. Utrū aūt supponere nō rpcu non rō pncipiū repugnet: vt v.sum est supra in. c. de noīe.

Principia cōgruitatis circa singulas predictas assignare possumus. ¶ Notandū aūt q̄ cōgruitatis principia cōstructōis verbi post ī alis cū supposito noīatiui casus sunt tres modi significādi in apposito dependenti: quos cōformant fex in supposito terminātī. nā in apposito est modus eē cū in supposito corrn̄det modus entis. Secūdo in apposito ē cōpositio: cui in supposito corrn̄det modus per se stantis. Tertio in apposito ē modus verbi: cui in supposito corrn̄det ratio principij. Et hi modi significādi sunt vtrobiqz pncipia remota: ⁊ cōe huius cōgruitatis. Quarto in apposito dependenti est modus: scz vt ipm est alterū: cui corrn̄det in supposito vt qd est alterū. hoc est puenientia numeri in vtroqz. Quinto puenientia psone in vtroqz. Et ista sunt principia specialia ⁊ appropriata. Principia cōgruitatis intrāsitiui suppositi gti casus cū apposito. vt dicendo. sui interest. loquendo de principijs remotis ⁊ cōibus sunt eadem que erāt in pdicta cōstructione. l. ex pte vbi dependentis aū se modus eē: ⁊ cōpō ⁊ modus vbi quibus cōformantur in supposito terminantī modus entis: ⁊ modus p se stantis: ⁊ rō pcpij simpliciter sumpta. Principia aūt ppria vel ppinqua sunt duo modi cōformes: scz ex pte dependētis modus vt alterius. ex pte terminātis modus vt cuius. Principia cōgruitatis cōstructōis iq̄ dtiuā suppōit. vt dicēdo sorti accidit. accipiēdo pncipia remota: ⁊ cōia sunt eadē q̄ in pdictis. sed ppria ⁊ specialia pncipia sunt duo modi cōformes: scz modus vt alteri ex pte dependentis: ⁊ modus vt cui ex pte terminantis. Principia aūt cōgruitatis cōstructōis intrāsitiue in q̄ actiuus casus supponit. vt dicēdo. Me legere: sortes oportet scribere. Sumēdo pncipia remota sunt eadē que in pdictis. Sed pncipia ppria sunt duo modi cōformes. Nā in apposito est modus vbi simpliciter sumptus. l. modo speciali casui cōformati ptractus. ⁊ in supposito est ratio pncipij actiue simpliciter: ⁊ nō ptracta nec ptrahibilis. Principia cōstructōis cōgruitatis intrāsitiue in qua ablatiuus supponit. vt dicendo. a sorte legit. remota sunt eadē que in pdictis. Sed principia ppria sunt duo modi cōformes: scz modus vt ab aliquo in apposito: ⁊ modus vt a quo in supposito. Et nota q̄ oēs iste cōstructiones vbi impsonalis a parte ante cū obliqs fiūt p modos pportionabiles: ⁊ nō p modos cōuenientes. Non. n. requirit in istis ptructionibus puenientia numeri ⁊ persone. Unde sub quocūqz numero pdicta verba possunt respicere sua supposita vt dicendo: me opz: vos opz. Itez sub quacūqz psona vt dicendo. opz me. opz te. opz illum. ⁊ eodē modo intelligitur in alijs: ⁊ p hoc dicunt impersonalia: quasi numero ⁊ persona priuata. ¶ Et sciēdū q̄ sicut vba psonalia q̄ impsonalia cōstruūtur cū obliquis: sic tn̄ est differentia: qz vba psonalia cōstruunt cum obliqs trāsitiue a pte post solū: sed vba impersonalia cōstruuntur tam a pte ante intransitiue q̄ a pte post.

Dicto de cōstructiōe intransitiua actuum quo modo diuersificatur sz diuersitatē suppositorum. Consequenter videndū est de constructione intransitiua personarum determinati cum determinatione. quo variatur seu diuersificatur sz diuersitatem determinationū. Juxta qd notandū q̄ quicqd inuenitur in sermone vel ē suppositū vel appositū vel aliqd ab vtroqz diuersū: tn̄ ad aliqd illorū ordinatū. vel ē determinatio alicuius horz triū. ⁊ hec oia inueniunt in orone q̄ sub sequitur. summa doctrina talis rethoris instruit subtiliter artē rethoricā. cū ḡ determinabilis cum determinatiōe diuersificatur sz diuersitatē determinationū: aut ḡ determinatio addit supposito vel apposito vel orōni ab vtroqz. Si determinatio addatur supposito. hoc ē dupliciter. vel hec determinatio est determinabilis vel indeclinabilis. Si declinabilis. hoc ē q̄druplicitēr. Quia vel ista determinatio declinabilis est adiectiuū denominatiuū. vel ē adiectiuū relatiuū: vel adiectiuū interrogatiuū: vel adiectiuū distributiuū. Si adiectiuū denominatiuū sic ista est cōstructio. sortes albus. equus albus. que specificas diuersam non hz: sed sub vna specie cōstructionis cōtinetur. Principia cōia istius cōstructionis ex pte adiectiui dependētis sunt modus determinantis: ⁊ modus adiacētis. Ex pte substātiui terminantis sunt modus determinabilis: ⁊ modus p se stāns. ⁊ puenientia in gñe numero casu ⁊ psona. Sed pncipia ppria sunt duo modi cōformes: scz modus denominātis simpliciter ex pte dependētis: ⁊ modus denominabilis simpliciter ex pte terminātis. Si aūt ista determinatio declinabilis sit adiectiuū relatiuum sic est ptructio relatiui cū antecedēte. Principia cōgruitatis huius cōstructiōis cōia sunt eadez q̄ in pdictis. sz ppria sunt duo modi cōformes. Ex pte relatiui dependētis modus significādi p modū referentis. ex pte antecedentis modus significādi p modū referibilis. Si aūt ista determinatio declinabilis sit adiectiuū interrogatiuum sic est ptructio interrogatiui cū suo rn̄suo. Principia huius cōgruitatis cōia sunt eadez que prius. sed pncipia ppria sunt duo modi conformes. ex pte interrogatiui dependentis modus significādi p modū certificabilis sub rōne interrogātis. ex pte aūt rn̄siui modus significādi p modū certificantis sub rōne rn̄sibilis. Si aūt determinatio sit adiectiuū distributiuum sic ē ptructio signi distributiui cū termino cōi. vt dicēdo. ois hō. nullus asinus. Principia cōgruitatis cōia sunt eadē q̄ in pdictis. Sz principia ppria sunt duo modi cōformes. ex pte signi distributiui modus significādi p modū distributiōis. ex pte termini cōis modus significādi p modū distribuibilis. ¶ Est aūt notādū q̄ in hmōi ptructionibus cōformitas diuersorū accidentiū nō sunt pncipia cōe cōgruitatis: nō sp requirit: sed vt frequentius. ¶ Si aūt ista determinatio addita supposito sit indeclinabilis h̄ ptingit duobus modis. qz aut est cōiunctio aut aduerbiū aut prepositio aut interiectio. Si est cōiunctio hoc est dupliciter: qz aut ptungit suppositū apposito p vim vel per ordinē. Si p vim: h̄ est dupliciter. aut cōiungit extremā iter se respectu tertij: vt sortes ⁊ plato currūt: aut disiūgit ea respectu tertij: vt sortes vel plato currit. Si aūt cōiunctio cōiungit suppositū apposito p ordinē. h̄ est dupliciter. Aut coniunctio se tz cū añcedente aut cū pñte. Ex: plura de vtroqz: vt dicēdo. h̄ hō est ergo aial est. Si aūt determinatio indeclinabilis addita supposito sit ppō. sic ē ista. A sorte legit. Si aūt determinatio indeclinabilis addita supposito sit tm̄ aduerbiū. sic ē ista. Tantū sortes legit. Si aūt ista determinatio indeclinabilis addita supposito sit iterie ctio. sic est ista. heu mortuus est. ¶ Et sciēndū ē q̄ ad uerbiū inquātū aduerbiū nō addit ei qd ē suppositū p se. ppue. Sz inquātū ē aduerbiū tale. scz aduerbiū exclusiuū. Et dico q̄ aduerbiū nō addit ei qd ē ppue supposituz: qz dicēdo. currere velociter ē bonū. In ista orone infinitiuus nō supponit p se sz gr̄a noīs. Idez intellige de interiectiōe dōdo. heu mortuus ē: ⁊ hmōi. Principia oium harū pstructionū cōgruitatis generalia duo sunt modi cōformes. modus determinātis: ⁊ modus determinabilis. Principia aūt magis spālia cōgruitatis cōstructiōis: in q̄ cōiunctio addit supposito sunt ex pte cōiunctiōis modus piūgētis: ⁊ ex pte extremorū modus piungibilis. Sz pn

cipia s̄m vnāquāq3 specie̅ appropriata sunt modi signi ficandi qbus vna spēs ɔiunctionis specifice ab alia di stinguit. Qui patent capitulo de ɔiunctione vnicuiq3 subtiliter īuenti. ¶ Item ꝓpria p̄ncipia istius ɔstructio nis. a forte legitur. sunt duo modi significādi ɔformes. sc3 modus cōtrahētis: ⁊ retorquētis a parte p̄pōnis. ⁊ modus ɔtrabibilis ⁊ retorqbilis ex pte causalis. ¶ Itē ꝓpria p̄ncipia ɔgruitatis huius ɔstructionis. tm̄ fortes legit. sūt duo modi cōformes. sc3. modus excludētis ex pte aduerbij tm̄. ⁊ modus exclusibilis ex pte suppositi sc3 fortes. ¶ Itē ꝓpria p̄ncipia ɔgruitatis huius ɔstru ctionis. heu mortuus est. sunt duo modi conformes. sc3 modus determinātis sub affectu doloris. ⁊ modus de terminabilis qui est sibi ꝓportionabilis: ⁊ ita itelligat̄ i alijs interiectionib⁹ letitie vel admirationis suo modo. Si aūt determinatio addat̄ apposito: hoc est dupliciter qr determinatio est declinabilis vel indeclinabilis. si p⁹ modo. sic est ista. sum albus vocor adrianus. Et p̄ncipia huius ɔstruitatis siue huius ɔstructionis cōia sunt ea dem que in p̄dictis. Sed principia ꝓpria sunt duo mo di ɔformes. [illegible] ex pte appositi modus eē seu vocatiōis specialis [illegible] specificantis. ex pte terminantis modus significan[illegible] modū terminātis illud qd̄ p mo^m esse vel vocatiōis specialis in rōne specificātis significat. Si āt ista determinatio sit ps idecliuabilis: hoc est tripliciter. Aut ē aduerbiū. vel ɔiunctio. vel iteriectio. Si ē aduer biū: hoc est dupl̄r. qr vel aduerbiū addit̄ verbo rōne di spositionis rei significate. aut rōne modoꝝ significandi ⁊ vtrobiq3 sunt multe ɔstructiones s̄m multas determi nationes aduerbiales. de quibus oibus dictū est capitu lo de aduerbio. ¶ Principia aūt ɔgruitatis oiu3 haru3 ɔstructionū generalis sunt duo modi significādi cōfor mes. sc3. modus determināns ex pte aduerbij. ⁊ modus determinabilis ex pte appositi. S3 p̄ncipia ꝓpria sunt duo modi significandi quibus vnaqueq3 spēs aduerbij ab alia distinguit̄ que patent vnicuiq3 h diligēter inspi cienti Si aūt determinatio indeclinabilis addita appo sito sit interiectio. h est q̄druplicitier: qr aut illa interie ctio letitiam exprimit. aut dolorē. aut admirationē: aut metum. Sed p̄ncipia harū constructionū cōia sūt eadē que in p̄dictis. Sed propria p̄ncipia sunt duo modi si gnificandi: qbus vnaqq3 spēs interiectionis distinguit̄ ab alia. ¶ Si aūt determinatio addita apposito sit cō iunctio: h contingit eodem modo sicut cu3 ɔiunctio ad ditur supposito. Sunt eni3 tot spēs: ⁊ eodē mō se hn̄tes congrue vel cōstructiue. ¶ Si aūt determinatio adde tur ad illud qd̄ est diuersu ꝑ ab vtroq3: sc3. supposito: ⁊ apposito. tn̄ ordinatū ad suppositū: tūc eodē mō fere di uersificatur: ⁊ ēt tot spēs cōstructionū: quot sunt cū de terminatio addit̄ ad suppositū: ⁊ eodē mō cōgrue. ¶ Si aūt determinatio addat̄ ad illud qd̄ est diuersū ab vtroq3 sc3. supposito. tn̄ ordinatum ad appositū diuersificat̄ vt priores: ⁊ itēꝝ tot sūt spēs cōstructionis. ⁊ eodē modo ɔstructe: vt vnicuiq3 patere pōt diligēter intuēti. Et sic patēt oēs ɔstructiones intrāsitiue que sunt: ⁊ quot sunt p̄ncipia ɔgruitatis ipsarū tam cōia q̄3 propria.

Uiso de cōstructiōe intrāsitiua via diuisiōis. cō sequēter de cōstructione trāsitiua via diuisiōis diligēter videamus. Diuiditur aūt cōstructio transitiua in constructionē trāsitiuā actuū: ⁊ cōstructio nē transitiuā personaꝝ. Constructio transitiua actuu3 est in qua cōstructibile depēdēs per modū actus signifi cat. vt lego librū. Constructio trāsitiua personaꝝ est in q̄ cōstructibile depēdens per modum substantie signifi cat. vt dicēdo: filius fortis. Cōstructio trāsitiua actuum diuidit̄ in ɔstructionē trāsitiuā actus signati: ⁊ in ɔstru ctionē trāsitiuam actus exerciti. Cōstructio transitiua actus exerciti n̄ diuidit̄ i spēs. s3 tm̄ i idiuidua vt o tho ma. Principia congruitatis h⁹ constructionis cōia sunt duo mōi ex pte dependentis. p quoꝝ vnū exigit modu3 p se stantis: ⁊ p alterum exigit rōnem termini absoluti. Sed principia ꝓpria sunt duo modi ɔformes: sc3 mo dus significādi p modū excitantis seu vocantis a parte aduerbij: ⁊ modus significādi p modū excitati ex parte vocatiui. Item constructio transitiua actus signati diui dit̄ s̄m diuersitatē cōstructibilis terminātis quadrupli citer: vel qr est gti casus. vt dicendo misereor fortis. vel dti vt faueo forti. vel acti vt percutio fortem. vel ablti vt vtor toga. Principia cōgruitatis cōia haru3 constructio num sunt tres modi ex pte dependentis. ⁊ tres ex par te terminantis. Nam ex parte dependentis est modus esse: cui correspondet in obliquo post se modus entis. se cundo ex parte dependentis est significatio accn̄talis: q est modus significandi dependentis ad quemlibet obli quū post se: cui correspondet in obliquo modus signifi candi per modum p se stantis. Nam sicut hec est incon grua. albus currit. pari modo hec incōgrua. ꝑcutio al bum. Tertio ex parte dependētis est modus generis: q est quasi q̄litas significatiōis accn̄talis: cui correspōdet in obliquo modus significandi p modū termini absolu te modo conformi casuum ɔtrahibilis. Principia pro pria huius ɔstructionis. misereor fortis. sunt duo mo di conformes: sc3 modus dependētis sub mō. vt alteri⁹ ex parte dependētis. ⁊ modus termini vt cuius ex parte terminātis. Principia vero ꝓpria huius cōstructionis faueo forti. sunt duo modi cōformes. sc3 modus depen dentis sub mō vt alteri: ⁊ modus terminantis sub mō vt cui. Principia ꝓpria cōgruitatis h⁹ ɔstructionis. ꝑcu tio fortē. sūt duo modi conformes. sc3 modus dependē tis. vel trāseuntis sub modo vt alterum: ⁊ modus termi nantis sub modo vt quem. Si aūt ille modus vt que3 sit p̄positione ɔtractus. tūc similiter modus transeūtis sub modo vt alterū est ꝓportionabiliter prepōne ɔhen dus. Principia aūt ꝓpria cōgruitatis huius ɔstructio nis. vtor toga. sunt duo modi cōformes. sc3 modus trā seuntis ⁊ pendentis sub modo vt ab altero. Et modus terminantis sub modo vt a quo ꝓportionabiliter est ɔ hendus. ¶ Itē cōstructio transitiua personarū diuidit̄ in q̄tuor spēs s̄m q̄druplicem diuersitatem constructi bilis terminantis. qr vel est gti casus. vt dicendo filius fortis. vel dti. vt similis forti. vel acti. vt albus facie3. vel abl[illegible]i. vt celer pedibus: id ē velox. Principia ɔgruita tis communis harum ɔstructionum sunt modus entis sub modo transeuntis ex pte dependentis: ⁊ modus en tis per se stantis in obliquo. Nā sicut hec est incongrua misereor albi. sic hec. cappa albi. Et similiter sicut h est congrua. misereor fortis. sic hec est congrua. cappa. for tis. Principia ꝓpria huius congruitatis. filius fortis: sunt duo modi significandi conformes. sc3 modus de pendentis sub modo vt alterius: ⁊ modus entis termi nantis sub modo vt cuius. Et ita intelligatur i alijs tri bus casibus in ordine suo. ¶ Iuxta quod notandu3 q̄ constructio que est adiectiui cū acc̄tō non ē icongrua: sed figuratiua. Acc̄tūs enim solum ɔstruit̄ congrue cu3 significantibus actum. qr acc̄tūs est terminus actus si gnati. vn̄ de cōgruitate huius ɔstructionis nō ē inqui rendū. tn̄ pp synodochen congrue admitat̄ i sermone. Epilogator ¶ Et sic p3 sufficiētia specieꝝ ɔstructionū: ⁊ p̄ncipio rū ɔgruitatis earundē. Patet ēt q̄liter ɔstructio simplici ter diuidit̄ i constructionē transitiua: ⁊ intransitiuam. Constructio itransitiua diuidit̄ in constructionem in transitiua3 actuū: ⁊ personaru3. Constructio itrāsitiua actuū diuiditur in quinq3 spēs. s3 numerū quinq3 sup positoꝝ spē3 differentiū. Itē ɔstructio intransitiua ꝑsonaꝝ.

q̄ est determinabilis cū determiatiōe diuidit̄ ſm diuerſi
tatē determinationū q̄ multiplr̄ variant̄ vt viſuȝ ē. Iteȝ
ꝯſtructio trāſitiua diuidit̄ i ꝯſtructionē trāſitiuā actuū
ꝛ pſonaꝝ. Cōſtructio trāſitiua actuū diuidit̄ i trāſitiuā
act⁹ exerciti. ꝛ act⁹ ſignati. Cōſtructio act⁹ exerciti nō di
uidit̄ niſi ſȝ indiuidua. Cōſtructio tranſitiua act⁹ ſignati
diuidit̄ i q̄tuor ſpecies ſpāliſſimas ſȝ diuerſitatē q̄tuo:
obliquorum ſpē dn̄tiū. Et notandū ꝙ ſicut ꝯſtructio
diuidit̄ per ſe in trāſitiuā: ꝛ intrāſitiuā. ſic p accñs diui
ditur in ꝯſtructionē ſȝ ſenſum: ꝛ ſm itellectū q̄ diuiſio
ideo dr̄ p accñs: q: nō diuidit ꝯſtructionē ſm ſe ꝛ abſo/
lute. ſȝ in cōparatiōe ad aiaȝ apphēſiuā. Et dr̄ ꝯſtructio
ſm ſenſuȝ: q: ambo ꝯſtructibilia ſunt vocetenus expſſa
rōne cui⁹ vocis ſe ꝯfert ſenſui audit⁹. Cōſtructio ſȝ in
tellectū ē qñ alterū nō ē vocaliter expſſum: ſȝ ē i intelle/
ctu. vt lego: ꝛ hmōi. Et hec de ꝯſtructiōib⁹ dcā ſufficiāt.

Sequitur de cōgruitate q̄ est 2ª pars sermōis de q̄

lȝ tactū ſit i ſpāli circa quā: ſȝ ſpēs ꝯſtru/
ctiōis. de ei⁹ tñ nūc ſeorſuȝ i ſpāli videam⁹.
¶ Iuxta qḋ notādū ꝙ ſic ꝯſtructio reqͥ
rit ꝯſtructibiliū vnionē abſolute. ſic con/
gruitas reqͥrit ꝯſtructibiliū vnionē: nō quācūq;: ſȝ debi
tā. Et q: vnio pt̄ ꝯtigere dupl'r. Uno⁹ ex ꝯueniētia ſigni
ficatoꝝ ſpāliū. ꝛ p opp⁹ vnio idebita ex repugnātia ipo
rum. Alio mō pt̄ ꝯtigere ex ꝯformitate modoꝝ ſignan
di. ꝛ p opp⁹ ex idebita modoꝝ ſignandi diſcrepātia. ide
ē ꝙ qdā nō diſtiguētes iter ſignatoꝝ ſpāliuȝ ꝯueniētiā
vel repugnātiā: ꝛ modoꝝ ſignandi ꝯformitatem vel di/
ſcrepātiā: dixerūt oēs ꝯſtructiōes eē ꝯgruā vel icōgruā:
in q̄ ē ſignatoꝝ ſpāliū ꝯueniētia vel repugnātia. Sed hō
nō valȝ: q: ꝯgruitas ē paſſio pſone i grāmatica ꝯſidera/
ta. Unū pȝ ꝙ ꝯgruitas ſit de cōſideratiōe grāmatici p ſe.
Sȝ ꝯueniētia vel repugnātia ſignatoꝝ ſpāliū a grāma/
tico p ſe nō ꝯſideraṫ: ſȝ magis a lo⁹: ḡ ꝯgruitas i ſmone
ab his nō cauſaṫ. ¶ Dōȝ ē ḡ ꝙ ꝯgruitas: ꝛ icōgruitas
cauſant̄ ex ꝯformitate vel diſcōformitate modoꝝ ſignan
di: q̄ p ſe ſūt ſb ꝯſideratiōe grāmatici. tā ꝓprietas vel im
ꝓprietas ſmonis cauſaṫ ex incōueniētia vel repugnā
tia ſignatoꝝ ſpāliū. Unū h ē ꝯgrua ꝛ ꝓpria. Capa nigra.
ꝛ h ē iꝓpria. capa cathegorica. tñ vtraq; iſtarum ē con
grua. ¶ Scđo notandū ꝙ ꝯgruitas reqͥrit debitā vnio
nē ꝯſtructibiliū. Et cū hmōi vnio nō cauſeṫ p q̄ſdā mo/
dos ſignandi: iō ad ꝯgruitatē reqͥriṫ ꝯformitas oīuȝ mo
doꝝ ſignandi ꝯſtructibiliū ad aliquā ſpēȝ ꝯſtru[illegible]ꝛ alis
reqſitoꝝ. ita ꝙ ꝯſtructibile depēdēs ſit terminatū p cū
ſtructibile terminās quātū ad oēs modos ſignandi ſm
quos depēdet quātū ad iſtā ꝯſtructionē. Et dico quātū
ad iſtā ꝯſtructionē. q: ſi hēat depēdētiā ad diuerſas cō/
ſtructiones nō reqͥriṫ ꝙ oēs dependētie ſint ſp acta ter
minate. ſȝ ſufficit ꝙ ſȝ vnā ꝯſtructionē termineṫ. vt di/
cēdo. lego libꝛū. h ē ꝯgrua. lȝ nō addaṫ virgilij. vel aliqḋ
aliud: qḋ termiet depēdētiā h⁹ qḋ ē librū ſȝ quā depen/
det a pte poſt. ¶ Tertio notan⁹ ē ꝙ cū ꝯformitas mo/
doꝝ ſignandi ſit pn̄ ꝯſtructiōis: ꝛ ꝯgruitatis diſtiguē
dū ē de ꝯformitate. q: duplex ē ꝯformitas: ſcȝ ꝓportio/
nis ꝛ ſilitudinis. ꝛ qñq; vtraq; ad ꝯſtructionem reqͥriṫ.
qñq; aūt ſufficit ſilitudinis tm̄. qñq; aūt ſufficit ſilitudi
nis ꝯformitas tm̄. Et vt ſciam⁹ qñ vtraq; ꝯformitas exi
gaṫ aut altera tm̄. Notādū ꝙ qñq; ꝯſtructibile depen/
dens hȝ aliq̄s modos ſignandi nō ex ꝓprietatib⁹ ſue rei
p ſe. ſȝ ex ꝓprietatib⁹ rei ꝯſtructibilis terminātis ꝛ tunc
iter illos modos ſignandi exigiṫ ſilitudo: ꝛ nō ꝓportio.
ita ꝙ ꝯſtructibile terminās dȝ hr̄e modos ſimiles mo/
dis ſignandi ꝯſtructibilis depēdētis. vt pȝ de ꝯſtructio/
ne adiectiui cū ſubſtātiuo: ꝛ in ꝯſtructione noiatiui ca/
ſus cū vbo pſonali. Nā adiectiuū hȝ tā gen⁹ q̄ nūerum

q̄ȝ caſuȝ pſonā ex ꝓprietatib⁹ rei ſube: vt dcm̄ ē ſupꝛa.
Unū ex pte ſubſtātiui nō reqͥrit modos ꝓportiōabiles: ſȝ
ſimiles. Similr̄ vbū pſonale hȝ nūeꝝ ꝛ pſonā ex ꝓpꝛie
tatib⁹ rei ſuppoſite. iō hos modos reqͥrit in ſuppoſito nō
ꝓportionabiles: ſȝ ſimiles. Si aūt ꝯſtructibile depēdēs
hȝ aliquos modos ſignandi ex ꝓprietatib⁹ ſue rei p ſe:
ꝛ nō ex ꝓprietatib⁹ rei ꝯſtructibilis terminātis: tūc exi/
giṫ in illis modis ſignandi ꝓportio ꝛ non ſilitudo: ꝛ q:
adiectiuū hȝ mo⁹ adiacētis ꝓpe. ꝛ ō ꝓprietatib⁹ ſue rei
iō p hmōi modū adiacētis reqͥrit i ſubo modū p ſe ſtan
tis: q ē ſibi ꝓportiōabilis. ꝛ ſic i aliis itelligaṫ. ¶ Quar
to notāduȝ ē. ꝛ ſicut ꝯgruitas ꝯſtructiōis i gn̄ali cauſaṫ
ex ꝯformitate modoꝝ ſignandi gn̄alr̄ dictoꝝ. Sic con/
gruitas ſpālis ꝯſtructionum ſpāliū cauſaṫ ex alia ꝛ alia
ꝯformitate alioꝝ ꝛ alioꝝ modoꝝ ſignandi. vt pȝ ex pre
dcis i ſpēciēdo ſingulas ſpēs ꝯſtructiōis. Cōgruitas ni/
hil aliud eſt q̄ȝ partiū ſmonis debita vnio ex modoꝝ ſi
gnandi ꝯformitate ad aliquā ſpēȝ ꝯſtructiōis reqſitoꝝ
derelicta. Ultio notādū ē ꝙ ſicut duplex ē ꝯſtructio: ſcȝ
ſȝ ſenſuȝ: ꝛ ſȝ itellectū. Cōgruitas ſȝ ſenſuȝ ē qñ ambo
ꝯſtructibilia ſūt vocetenus expſſa. Et dr̄ [illegible] ſȝ ſenſuȝ.
nō q: ſenſus ei⁹ ꝯgruitatē pcipit: ſȝ q: vo[illegible]ꝯſtru
ctibilis apphēdit. cū vox ſit ꝓpriū obȝ [illegible]. Cōgrui/
tas vō ſȝ itellectū ē qñ ambo ꝯſtructibilia ſm vocē nō ſūt
expſſa. ſȝ alteꝝ ipſoꝝ ē ab itellectu apphēſuȝ. ſic ꝯtigit
i vbis p̄ ꝛ 2ª pſone: i qb⁹ itelligiṫ ſuppoſitū. Et ſic pȝ qd
ſit ꝯgruitas: ꝛ vn̄ cauſaṫ. ꝛ h de ꝯgruitate dcā ſufficiāt.

Sequitur de pfectiōe q̄ ē tertia ꝛ vltia paſſio ſmōis.

¶ Iuxta qḋ notādū ꝙ cum grāmatica ſit
ſcia organica: opȝ ꝙ illō qḋ i grāmatica eſt
ꝑncipalr̄ ꝯſideratū ſit organicū. h aūt ē cō
ſtructio de q̄ dcm̄ eſt. Et q: oē organicū ē ad aliquē finē
ordinatū. ē igiṫ ꝯſtructiōis aliq̄s finis neceſſari⁹. Talis
aūt finis ē duplex. ſ. ꝓpinquus ꝛ remot⁹. ¶ Finis ꝓpi
quus ē expſſio mētis ꝯceptus cōpoſiti ſm diſtātiaȝ. Et
dico ſm diſtātiā: q: ꝯceptus eſt aliqñ ſm indiſtātiam. vt
cōponēdo hoiem cū albo ſine copula. vt dicēdo. Hō al/
bus. Aliqñ ꝯceptus mētis eſt cōpoſitus ſm diſtātiā: vt
cōponēdo hoiem cū albo. mediāte copula. dicēdo hō ē
albus circa quā cōpoſitionē cōſiſtit veritas ꝛ falſitas. vt
dr̄ p⁹ pierminiaꝝ. Et q: itellect⁹ ſup cōpoſitionē pmaȝ
nō qeſcit cuȝ ſit incōpleta. ſȝ de pma ꝓcedit ad ſcđam.
iō ꝯſtructio nō ē ad expmēdū p⁹ ꝯceptū: ſed ad expmē/
dū 2⁹ ꝯceptū cōpoſitū ſȝ diſtātiā finalr̄ ordinata. Finis
aūt remot⁹ ꝯſtructiōis ē gn̄are pfectū ſenſuȝ i aīo audi/
toris ex ꝯſtructibiliū debita vnione. ¶ Scđo ē notan/
dū ꝙ ſic ꝯſtructio ſimplr̄ derelinquiṫ ex ꝯſtructibilium
vnione abſolute. ꝛ ꝯgruitas ꝯſtructiōis ex ꝯſtructibiliū
vnione debita. Sic pfectio derelinquiṫ ex ꝯſtructibiliū
vnione debita nō quorūcūq;: ſȝ ſuppoſiti cum appoſito
dūmō nulla depēdētia derelinq̄tur circa ipſaȝ nō termi
nata retrahēs eā ab eius fine: q ē ꝯceptū mētis cōpoſitū
exprimere: ꝛ pfectū ſenſuȝ i aīo auditoris gn̄are. Ex his
pȝ ꝙ tria reqͥrunṫ ad pfectionē ſermonis. Primū ē ſup
poſitū: ꝛ appoſitū: Q: cum ꝯſtructio pfecta ſit ad expꝛi
mēdū mētis ꝯceptū cōpoſitū ſm diſtātiā finalr̄ ordina
ta. opȝ ꝙ ſicut ē diſtātia iter ꝯceptus mētis cōpoſitos ſic
ēt ſit diſtātia i ꝯſtructibiliū vnione. Sȝ hec diſtantia ſo
lū ē iter ſuppoſitū ꝛ appoſitū. ex h ꝙ ſolū vbū ē appoſi
tū q̄ [illegible] modū diſtātis ſe hȝ. Scđo reqͥriṫ oīum modorū
ſignandi ꝯformitas ꝓut ad ꝯgruitatē reqͥrebaṫ. Ter/
tio reqͥriṫ ex pte ꝯſtructiōis ꝙ nulla depēdētia ſit nō ter/
minata q̄ retrahat ipaȝ ab ei⁹ fine: q ē mētis ꝯceptū expꝛi
mere: ꝛ pfectū ſenſuȝ i aīo auditoris gn̄are. ¶ Tertio ē
notādū ꝙ ꝯſtructio hñs i ſe hec tria mēbꝛa q̄ dicta ſunt
pfecta ē ſȝ tres modos pfectos q̄s aſſignat p̄hus q̄rto

metaphysice. Nā vno mō aliqd ē pfectū cui nihil deest eorū q̄ requirunt̄ ad eius spēm. Scđo mō aliqd ē pfectuȝ cū pōt debite suū finē: pp quē ordinat̄ ptīgere. Tertio mō aliqd est pfectū: cū pōt sibi simile in spē generare. Cōstructio ḡ hñs suppo͡m ꝛ appo͡m s̄ȝ ꝯformitatē oīuȝ modorū signandi: nullā hñs circa se depēdētiā: non terminatā: non retrahētē ipsam ab eius fine: est pfecta p̄mo: q: nihil sibi deficit eorū q̄ ad ei⁹ spēȝ requirunt̄. Scđo mō ēt est pfecta. q: debite ꝑt suū finē pp quē ordinat̄ q̄ exprimere mētis cōceptū ꝯpositū s̄m distātiā vt dcm̄ ē ptingere. Tertio mō ē ēt pfecta: q: pōt facere sibi simile. id est pfectū sensum in aīo auditoris generare. Ex istis pȝ q̄ signū pfectionis constructionis est generare pfectum sensum in aīo auditoris. Ita q̄ ... illa cōstructio erit pfecta. q̄ pfectū sensum in aīo ... generabit. Sed h̄ pfectio sensus in aīo auditor ... punctualis. s̄ȝ hȝ gradū pfectionis s̄m magis ꝛ minus: ꝛ s̄m h̄ ꝯstructio dr̄ magis ꝛ minus pfecta. Nā ea magis pfcā est q̄ magis gerat aīum auditoris: ꝛ q̄ minus gerat minus pfecta erit. Ex his dictis ēt pȝ q̄ hec est imperfectaȝ si forteos cum ... q: ista ꝯstructio si huic ꝯstructioni addita forteos cum ... ꝛ ... ꝯpēdētiā ad aliqd extra se: vt ad aliqd ꝯñ. qđ si nō exprimit̄ semper imperfecta manebit: vt dicendo. me legere. h̄ est impfecta: q: aīum auditoris nō gerat. ꝛ si que sūt similes. Perfectio nihil aliud est q̄ passio sermonis tertia ꝛ vltima ex debita ꝯstructibiliū vnione derelicta cū sufficientia exprimendi mētis ꝯceptum ꝯpositū s̄m distantiā: ꝛ generādi pfectam s... in aīo auditoris. ¶ Quarto ē nōndū q̄ duplex est perfectio ꝯstructionis. s. ꝛ s̄m sensum: ꝛ s̄ȝ itellectū. Perfectio s̄m sensum est cū ambo ꝯstructibilia cōstructionis sunt voceten⁹ expressa: vt ego lego. Perfectio s̄m intellectum est cū constructibilia s̄m vocē non exprimuntur. s̄m alterum ab intellectu apprehenditur. vt dicēdo lego. Nam hoc verbum lego. dat intelligere suppositum qđ est ly ego. sub conformitate omniuȝ modorū signandi requisitorū ad hāc spēȝ ꝯstructionis. Et tm̄ h̄ nulla derelinqt̄ depēdētia ex pte ꝯstructiōis tot⁹ vl̄ ptiuȝ eius non terminata q̄ retrahat eaȝ ab eius fine: qui est mentis ꝯceptuȝ cōpositū s̄ȝ distātiā exprimere: vel pfectū sensuȝ in aīo auditoris generare: ꝛ ita itelligat̄ illis. ¶ Quinto ꝛ vltimo ē notādum q̄ illud qđ hȝ se p additionē ad alterū: posterius ē eo: iō ex dictis pȝ q̄ cōgruitas ē posterior constructione. ꝛ pfectio posterior cōgruitate. nam ꝯstructio nō reqrit aliqđ nisi absolute cōstructibiliū vnionē ex modorū signandi ꝯformitate causata. vt dicēdo. vir est alba. ita bñ est ꝯstructio sicut ista. vir est albus. q: vtrobiqȝ est ꝯformitas modorū signandi. Sed ꝯgruitas reqrit ꝯstructibiliū vnionē: nō quācūqȝ: sed debitā ex ꝯformitate modorū signandi illius constructionis tm̄ ad illaȝ spēm cōstructionis reqsitorum. Perfectio reqrit cōstructibiliū vnionē: nō quorūcūqȝ: sed solū suppositi cū apposito ex ꝯformitate oīuȝ modorum signandi causatā cū sufficiētia exprimēdi mētis cōceptū cōpositū s̄m distantiam: ꝛ generandi pfectū sensum in aīo auditoris. Et sic pȝ q̄ pfectio sup ꝯgruitatē addit ꝓpria ꝑncipia. ꝛ similiter ꝯgruitas sup ꝯstructionem: ꝛ ideo perfectio ꝑsupponit ꝯgruitatē: ꝛ ꝯgruitas ꝯstructionem. ¶ Constructio ergo ē passio sermonis ꝑma. ꝯgruitas secunda. pfectio tertia ꝛ vltima. Et vt habeamus distinctū modum interrogādi de ipsis passionibus grāmatice. Sciendum est q̄ de differentiis cōstructionis que sunt transitiuū: ꝛ intransitiuū. possumus q̄rere per hoc interrogatiuū que. Sed de istis differētiis que sunt congruum ꝛ incongruum possumus querere p hoc interrogatiuū qualis. Sed de istis differētiis que sunt perfectum ꝛ imperfectuȝ possumus querere per h̄ interrogatiuum quanta. Unde versus. Que trans intrans. qualis con incon. quanta per imper.

¶ Et sic est finis libri de modis significandi. Venetiis impressi anno dñi. 1512. die. 30. decembris.

Registrum

AA BB CC DD EE FF GG HH II

Oēs sunt q̄terni p̄ter HH II qui sūt quinterni.